
Q. F. F.
SVB
AVSPIC
RECTORIS MAGN
REGII PRINCIPIS
FRIDERICI
SAX. ELECTORAT
DISSERTATIONEM
DE
ANIM
DIVIN
FACVL
ERVDITORVM
SVBMITT
PRAES
M. IO. CHRISTIAN
GELENAV.
ET
RESPON
IO. GODOFRED
KOENIGSWA
PRIDIE NON. FEBR.

VITEMBERGAE, LITER

F. F. S.
SVB
SPICIIS
AGNIFICENTISSIMI
IPIS SERENISSIMI
CI AVGVSTI
ORATVS HEREDIS
NEM PNEVMATICAM
DE
IMAE
NANDI
VLTATE
ORVM EXAMINI
BMITTVNT
RAESES
TIANVS FRANKIVS
ENAV. MISN.
ET
ESPONDENS
RED. NESTLERVS
GSWALD. MISN.
FEBR. A. R. S. CIƆIƆCCXIII.

E, LITERIS CREVSIGIANIS.


40

Colophonio Xenophane, Epicuro, aliisque, de quibus uid. *Plutarchus de Placitis Philos. Lib. V. c. I.* et *Cic. de Nat. D. Lib. I. c. XX. n. 55. p. 1210.* add. *Lib. I. de Diuin. c. III. n. 5. p. 1246.* omnem diuinationem reiiciendam et irridendam, uel omnem animae humanae facultatem diuinandi futura denegandam atque eripiendam censent. Quis enim unquam iturus est inficias, Theologum et Ministrum DEI ex pietate atque impietate auditorum suorum mala uel bona subsecutura: Iurisperitum ex causae et iuris cognitione rei litigiosae exitum aliaque: Politicum ex reipublicae facie et statu futuram calamitatem aut felicitatem: Medicum, in quo *Galenus* apud *Casp. Peucerum* l. c. p. 65. φυσικὴν στοχασμὸν requirit, ex uenis, ex spiritu aegroti, ex morbi natura et caussis multisque ex aliis secutura symptomata, ingrauescentem morbum, aegroti interitum aut ualetudinis amissae recuperationem, conf. *Lib. II. Cic. de Diuin.* c. V. n. 13. p. 1263. c. VI. n. 16. p. 1264. c. LXXI. n. 146. p. 1278. Physicum ex caussis, assidua experientia comprehensis: Astrologum ex siderum coelique felici aut infelici conuenientique positu, aliosque complures ex sagacitate et prudentia sua, arte, non turpi, sed licita et bona, ratione, coniectura, obseruatione, usu et experientia praesentiendi et praedicendi facultate esse praeditos?

§. V.

Non uero desunt diuinationes hominum, euentum suum consecutae, quibus uis aliqua inesse uidetur probandi, concedendam esse et in aliis animae

facultatem diuinandi innatam. Cuiusmodi sunt notissimae diuinationes *D. Lutheri*, quarum duas etiam recensuit *D. Io. Frid. Scharfius* in Diss. priori, instauratione Auditorii Maioris paulo ante peracta, de Mart. Luthero A. CIↃIↃCXXCVI. habita, nec taciturnitate praeteriit *Io. Hussii*, morti cum esset uicinus, collegit etiam plures modo dictus *Scharfius* l. c. ut *Iac. Pruni*, Astron. Vlm. *Io. Geisleri*, Theol. D. et Conc. Argent. Prim. *Io. Scheyringi*, Th. D. et Conc. Magd. *Io. Flecci*, concionem hic loci, Academia haec cum esset inauguranda, habentis; *D. Martini Pollichii*, aliorumque multorum, tum Lutherum ipsum, tum Reformationis opus concernentes. Quis autem, animum si hanc in rem intendit ac defigit non peruersum, nec ad ullam peruersitatem pronum, in dubium cum iis, quibus errorum tenebrae iam sunt offusae, reuocaret, aut constanti uoce negaret, et has et alias eiusmodi praedictiones animam humanam DEI concursu, facta ab hoc ipso mentis excitatione sensuumque directione et eleuatione, adeoque non a se ipsa et perse ipsam, proferre potuisse?

§. VI.

Nihil etiam roboris ac probationis habent diuinationes animarum, non multo ante discessum e corpore diuinantium, quales Concioni, Gothae habitae *de Chrematismo Euangelico* p. 28. inseruit *Summe Reu. Dn. D. Feustkingius*, ut *Ambrosii*, *Cypriani*, *Polycarpi*, *Gorgoniae*, *Greg. Nazianzeni* sororis, aliorumque, appropinquationem diei emortualis praescien-

ſcientium et praenuntiantium? Quibus, ueritatis patrocinium ſuſcepturus, non illico induci poterit ad credendum et ſtatuendum, talem tantamque uim ac facultatem iam animae noſtrae ineſſe, qua a ſe et per ſe ſibi et aliis euentura poſſit praedicere, ſed potius conuenientius ueritatique magis conſentaneum eſſe putabit, ad eorum accedere ſententiam, qui inflatui inſtinctuique diuino tribuendum id eſſe malunt, atque abituras e corpore animas piorum communione Numinis propiori capaces effici, credunt. E contrario impiae animae ſuggerentem habent Diabolum, quando igitur *Homericus Hector* Achilli, a quo uita priuabatur, *Calanus*, Philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, rogum ardentem adſcendens, Alexandro M. quidam *Rhodius* VI. aequalibus, et *Socrates* ſibi ipſe appropinquantem denuntiarunt mortem, tunc non liberatione a corporis ſocietate et contagione, non conuerſione in ſe ipſam, non tribus modis Poſidonii, a Cic. de Diu. lib. I. c. XXX. n. 64. p. 1254. recenſitis, Deorum ſcilicet cognatione, immortalium animorum apparitione et Deorum collocutione cum dormientibus aut morituris, ſed communione, inſpiratione ac reuelatione Diaboli, coniecturas, omina, praeuiſiones et praedictiones euentu comprobantis, horum animae participes factae ſunt facultatis praeſagiendi et praedicendi. Quanquam et hic, ipſos Gentiles a DEO uero monitionibus ac reuelationibus diuinis, per Gentiles etiam factis, non plane indignos habitos fuiſſe, non pernegandum exiſtimamus.

§. VII.

Prolixiores hac in re esse uellemus, ni properandum iam nobis esset ad conatus *Westphali* peruersissimos, a quo instituto nos haudquaquam deterrebit istius petitio in Epil. lib. supra in Praefat. citati, detestabilibus crassissimisque erroribus repleti, et occasione puellae Zittauiensis fascinatae, cuius nomen *Anna Helena Gottschalckia*, conscripti, uult nimirum iste Vir, in turpissimis inueteratisque uersans erroribus, *ne Lector ea, quae de praesagitionibus etiam futurorum communicare necessarium esse duxerit, in sinistram interpretetur partem*; Sed omnino improbamus, istum eiusdem esse sententiae, quae nec admittenda, nec toleranda, dum statuit p. 16. animam *operationes diuinas uaticinando exerere non posse, nisi aut a carnis operibus, aut catalepsi a uinculo suo libera, atque totius corporis commercio exclusa sit*, et p. 71. seqq. de puellae, iam nominatae, praedictionibus, ut saeui uenti, canis latratus etc. conf. p. 14. ac de insomniis diuinatoriis agens, *mentem*, ait, *somni tempore a corpore liberam, in se permanentem, uita hac intellectuali atque diuina expergisci, excitari, et hoc modo rerum futurarum uidere initia aperta et clara.* Reliqua, uelut falsissima, et animum erroribus turpissimis imbutum indicantia, ne digna quidem habenda, quae afferantur et plagulam perdant. Esto uero animam puellae, corpore sopito, liberam sic fuisse, nec ab ipso impeditam, non tamen in catalepsi aut epilepsia constituta, a se habitura fuisset facultatem prænuntiandi futuram uenti saeuitiam, canisque latratum, ter repetitum, nisi opera et potentia diaboli, hanc occasionem auide arripientis, quem ipsa Crispum semper nomi-

nominabat, conf. Hist. lib. c. p. 7. et aliquando quieta ac libera a malo suo, *sibi iam abeundum esse*, falso diuinabat, v. p. 5. interuenisset et accessisset, quod uerum est, licet *pigritiae et ignorantiae immensae, si non simplicitatis superstitiosae inuentum Westphalus* cum suo *Helmontio* et *Borello* uel millies dicat, *omnia ad causas occultas, diabolum uel ad ipsam DEI omnipotentiam referre*. p. 42. Hem nugas magnas, conatu magno ab homine proiectae audaciae literis consignatas!

§. IIX.

Reiectanea argumenta, quae falsae sententiae stabilimenta sunto, nunc subiicienda forent refutationi, uerum opera, ab erudito *Witsio in Miscell. Sacris lib. I. c. IIX. et P. Petito l. c.* non per omnia plane inique in iis refellendis adhibita, hoc labore nos supersedere iubet. Illis igitur nunc potius comparabimus ea argumenta praecipua, quae propter opinio haec, animam tantam habere insitam facultatem, occultissima quaeque futura praediuinandi, admitti nequit, et certe elucebit, quantum haec sequentia illis praeualeant, quorum decem, et quidem

1.) quia tantam facultatem DEVS, Diuinitatem suam, ut docet *Witsius* l. c. inde demonstraturus, euolu. Ies. XLI. 22. seq. sibi uult adscribi ac relinqui. Vere enim pronunciat *Hieronymus* T. V. in Cap. XXIIX. Ierem. *Futurorum notitia solius DEI est.*

2.) quia non deflectendum nobis est a Scriptura S. quae docet, animam nostram ea, quae crastino die euentura, praedicere non posse. *Prou. XXVII.* 1.

3.) quia ipsa ratio et experientia dictat, permulta

 esse,

esse, quae anima nostra nulla arte, nulla sagacitate, quanta quanta illa sit, nulla causarum colligatione et combinatione per se et a se ualeat assequi, nisi aliunde capax efficiatur.

4.) quia, si anima diuinare posset omnia, quae sint futura, necesse sit, omnes teneat causas rerum futurarum. Quod, ut uerbis utar Ciceronianis *lib. I. de Diu.* c. LVI. n. 127. p. 1261. *cum facere nemo, nisi DEVS, possit, relinquendum est homini, ut signis quibusdam, consequentia declarantibus, futura praesentiat.*

5.) quia longe maior diaboli facultas est diuinandi futura, quam nostra, ipsi tamen ea sunt ignota, quae DEVS occulta, sibique soli nota esse cupit.

6.) quia Gentiles fuere, qui nimiam animae facultatem diuinandi non dederunt ac tribuerunt, et nos illam nimis extolleremus? Recte enim iudicat *P. Virg. Maro* l. X. Aen. v. 501.

Nescia mens hominum fati sortisque futurae.

7.) quia ipse Socrates, suo qui semper daemonio, quod appellauit, paruit, consultationi Xenophontis ita respondit: *De rebus et obscuris, et incertis ad Apollinem censeo referendum*, quod pluribus legi potest apud Cic. lib. I. de Diu. c. LIV. n. 122. p. 1261.

8.) quia, aut significatione, aut afflatu instinctuque diuino, aut aliunde facultate acquisita, homines diuinasse, fertur ac statuitur. Sic *Cleombrotus*, Lacedaemonius, de homine formosissimo apud *Plut.* de Orac. def. c. XXXV. et *Lilius Gyraldus* in Dial. II. de Poetarum Hist. ap. P. Pet. lib. I. c. V. p. 17. de Sibyllis commemorat. Add. Cic. lib. I. de Diuin. c. VI. n. 12. p. 1247.

9.) quia

9.) quia sic animam nostram efficeremus sua natura omnisciam, et nullum demum discrimen superesset inter Creatorem et creaturam.

10.) quia anima θεϊόντι seu uim quandam diuinam, in se latentem, haberet, quod defendere, dedecori datur Christianis.

§. IX.

Denique nimis extensa animae facultas diuinandi innititur hypothesi turpissima et falsissima, *animam nostram esse portionem essentiae diuinae*, quod patet ex *Cic.* de Diu. lib. I. c. XLIX. n. 110. p. 1259. et lib. II. c. XI. n. 26. p 1265. et *Marsilius Ficinus*, Florentinus, in Conuiuium Platonis commentans, Orat. VII. c. XIV. p. 795. Opp. Platon. Lugd A. CIϽIϽXC. ed. annexa, animam, supra mentem in unitatem surgentem, futura praesagire, scribit. *Gerdesius* quoque in pererudite conscripto Tract. de Enthus. c. II. Sect. I. §. VI. affirmat, *totam rem de Enthusiasmo Diuinatorio niti unico hoc falsissimo fundamento.* Magnopere sane dolendum, paganum et a ueritate Verbi Diuini alienissimum errorem non sepultum et abiectum mansisse cum ueteribus Sectis, *ex quibus*, ut rectissime suum interposuit iudicium B. *I. E. Daschizki*, Gymn. Patrii Prof. P. in Diss. de Poiretismo Fanatico, Praes. *B. Neumanno* hab. p. 67. *non facile dari Sectam, quae impio hoc errore non fuerit imbuta*, idque solide admodum *Vir multa eruditione et meritis grauis, Summe Reuer. Dn. G. F. Schroeerus* SS. Theol. D. et Prof. P. in Diss. Pneum. de Mente Hominum Diuina commonstrauit. *Seb. Frankium*

kium, Weigelium et *Boehmium*, non hominem tantum, ſed diabolum etiam magnam partem eſſentiae diuinae nominantis, uid. Aurora c. XIV. §. XCI. cum multis aliis ſecutus eſt *P. Poiretus* lib. I. de Oecon. Diuina c. X. §. XXIV. nunc nihil ſibi uideri hac opinione planius, nihilque uerius, omni pudore abiecto, garriens, ad quos, ſuae ſententiae non minus fundamentum, quam reliqui, quaerens), animo ad errores prono acceſſit *Weſtphalus* l. c. p. 68. *neminem abſurdi quid credere putans, qui, hominis mentem immortalem ex aura DEI ſiue huius eſſentia immortali et immutabili extitiſſe, ſtatuit.* Sic Nouatores more Saturnilianorum et Baſilidianorum uelut *aſpides a uiperis mutuo uirus accipiunt*, quod Prouerbium uide ſis apud *Epiphanium*, Conſtantiae Epiſcopum, Lib. I. T. II. Haereſ. XXIII. de Saturn. §. VII. Colon. ed. p. 68.

FINIS.





DVCE DEO.

PRAEFATIO.



lantis, Sapiens qui habitus est unus e septem, teste Cic. in Lael. c. XVI. et Parad. I. sapientissimum fuisse praeceptum perhibetur: Νόει καὶ τότε πράττε, h. e. *cogita, et tunc rem aggredere.* Quod et ipsi ut efficiamus, non a decoro alienum putauimus, consilia bene cupientium cum nobis essent explenda, cogitauimus enim non modo, uerum etiam considerauimus ac perpendimus ea, quae scribenda, et qua de re disputatio iucunda pariter ac utilis instituenda nobis foret, rem ipsam dein eo facilius aggressuris. Animo autem sic diu multumque cogitationibus agitato, illas demum in quaestionem, non parum habentem difficultatis, abiecimus, qua de coram aliis inter *Ammonium*, Plutarchi Magistrum, qui temporibus Neronis et Vespasiani in claritate fuit, nec cum reliquis duobus eiusdem

kium, *Weigelium* et *Boehmium*, non hominem tantum, sed diabolum etiam magnam partem essentiae diuinae nominantis, uid. Aurora c. XIV. §. XCI. cum multis aliis secutus est *P. Poiretus* lib. I. de Oecon. Diuina c. X. §. XXIV. nunc nihil sibi uideri hac opinione planius, nihilque uerius, omni pudore abiecto, garriens, ad quos, suae sententiae non minus fundamentum, quam reliqui, quaerens, animo ad errores prono accessit *Westphalus* l. c. p. 68. *neminem absurdi quid credere putans, qui, hominis mentem immortalem ex aura DEI siue huius essentia immortali et immutabili extitisse, statuit.* Sic Nouatores more Saturnilianorum et Basilidianorum uelut *aspides a uiperis mutuo uirus accipiunt*, quod Prouerbium uide sis apud *Epiphanium*, Constantiae Episcopum, Lib. I. T. II. Haeres. XXIII. de Saturn. §. VII. Colon. ed. p. 68.

F I N I S.





DVCE DEO.

PRAEFATIO.



lantis, Sapiens qui habitus eſt unus e ſeptem, teſte Cic. in Lael. c. XVI. et Parad. I. ſapientiſſimum fuiſſe praeceptum perhibetur: Νόει καὶ τότε πράττε, h. e. *cogita, et tunc rem aggredere.* Quod et ipſi ut efficiamus, non a decoro alienum putauimus, conſilia bene cupientium cum nobis eſſent explenda, cogitauimus enim non modo, uerum etiam conſiderauimus ac perpendimus ea, quae ſcribenda, et qua de re diſputatio iucunda pariter ac utilis inſtituenda nobis foret, rem ipſam dein eo facilius aggreſſuris. Animo autem ſic diu multumque cogitationibus agitato, illas demum in quaeſtionem, non parum habentem difficultatis, abiecimus, qua de coram aliis inter *Ammonium*, Plutarchi Magiſtrum, qui temporibus Neronis et Veſpaſiani in claritate fuit, nec cum reliquis duobus eiusdem

nominis, sic docente *G. I. Vossio* de *Philos. Sectis c. XXI. §. VI.* confundendus, et *Plutarchum* ipsum sermo fuit habitus, ea uero talis erat: *Num a natura animae humanae insit facultas diuinandi futura*, quam hic etiam nonnullis rationibus firmatam ac defensam reliquit consignatam *Lib. de Oraculis desitis*, cuius rationes postmodum fusius ursit *P. Petitus*, Philos. ac Medicus Parisiensis Lib. I. c. IIX. de Sibylla, nec ita pridem *D. Io. Casp. Westphalus* in Pathol. Daemoniaca Lips. A. CIↃ IↃCCVII. ed. temere ac peruerse satis cogitationes suas exposuit. Cum igitur hodiernis temporibus, quibus errores, iam multo ante excogitati, et propugnati recrudescunt, homines permulti perque fatui mire etiam procliues sint ad diuinationem futurorum, licet, quae diuinarint, re et euentu refellantur, non incommode nos esse acturos, arbitrabamur, si tum aliorum, tum nostra, qualia qualia sint, cogitata hac de quaestione patefacturi, et, quid asserendum, quidue negandum, indicaturi essemus. Pertractatio autem haec uisa fuit commodissima: *Status Controuersiae praemittatur, tum uero, sententia uera data, concedendisque concessis, quaedam etiam diuinationum exempla, breui responsione excepta, afferantur, improbis tandem conatibus Westphali improbatis, rationibus, falsam sententiam infringentibus,* πρῶτον ψεῦδος *accedat.* Sicubi uero aliquid humani passi fuissemus, nec ubiuis acrem mentis aciem intendissemus, fatemur, uel nobis uires ac dotes ingenii ad hunc laborem necessarias et requisitas defuisse, uel aliorum etiam altiori indagini hanc quaestionem perdifficilem nos reliquisse.

§. I.

§. I.

Lege uehementer utili obtrectatorem suum aliquando constringebat *B. Io. Sperlingius* in Diss. priori, istius processui disputandi opposita, quae agit de *Propagatione Animae*, in eaque tertia lex est, ita se habens: *In legitima Disputatione Status Controuersiae probe attendendus.* Quin et *M. Antonius* apud *Cic.* lib. I. de Orat. c. XLIIX. n. 209. p. 97. edit. Gronouianae *in principio fieri in omnibus disputationibus oportere* censebat, *ut, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne uagari atque errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur, intelligent.* Igitur, et horum praescripta perlibenter secuturi, necessarium et utile esse duximus, ante omnia ea, de quibus disputatio agat, explanare, atque praecipua, circa Statum Controuersiae notanda, probe notare, ne aut prorsus aberrantes aut uagabundi in reprehensionem cuiuspiam incurramus. Primum de *Subiecto* notetur, nobis hic

1.) non esse sermonem de anima bruti, sed hominis.

2.) non de anima, aut per Synecdochen pro toto homine, ut apud *Cic. Lib. XIV. Epist. XIV. ad Fam. p. 835.* aut per Catachresin pro corpore exanimi sumta; Sed prout pars est in homine nobilior essentialis.

3.) quaestionem esse de anima, non tam quoad essentiam suam, quam quoad facultatem quandam illi insitam atque ingeneratam spectata.

4.) quaeri de anima α) cum corpore coniuncta, β) ex ipso egrediente, et γ) extra ipsum constituta atque a societate ipsius separata ac seuocata.

5.) non quaeri de anima, siue a DEO extra ordinem illuminata, siue a Daemone fraudulentissimo ac uaferrimo

 eius-

eiuſdem hoſte agitata et inflata; ſed de anima ſibi relicta.

6.) non quaeri de anima, num ui quadam et halitu terrae, aut in ſpelunca Sibyllina reddatur futurorum praeſcia; ſed, an a natura talis iam ſit.

7.) quaeri de anima non tam Ecſtaticorum, quam Enthuſiaſtarum, dormientium, ſomniantium, bacchantium, ualetudinis uitio furentium, Melancholicorum uel Atrabiliariorum, Hypochondriacorum, Phlegmaticorum, aliorumque. Qua tamen ui praedicendi futura horum animae, niſi operatio diuina, ſaepius autem diabolica, interueniret atque accederet, per ſeſe et in ſeſe carerent.

§. II.

Deinceps ratione *Praedicati* perplura etiam obſeruatu digna uiſa fuere:

1.) Diuinationis uocabulum non eo ſenſu ſumi debere, quatenus denotat iudicium, ſiue cognitionem de accuſatore conſtituendo, ubi ex pluribus, accuſationem ambientibus, eligendus eſt maxime idoneus, ſic inſcriptio Orationis Cic. in Q. Caecilium p. 243. intelligenda; Sed eo ſenſu, ut hic ſignificet *rerum futurarum ſcientiam, praeſenſionem ac praedictionem.*

2.) Diuinationem hic non complecti praeſentia et praeterita, uti *P. Petitus* l. c. annotauit, cum potius, ſi uelimus ἀκριβολογεῖν, ratione praeteritorum, quae nobis antea fuerunt cognita, (ignotorum enim diuinatio dici poteſt) reminiſcentia, recordatio, ipſo ſic fatente, nec male ſentiente *P. Petito l. c. p. 45. 47.* et memoria dicatur, haec enim eſt, docente *Cic. lib. II. de Inuent.* c. LIII. n. 160. p. 78. *per quam animus repetit illa,*

quae

quae fuerunt: Ratione praesentium uero intelligentia, *per quam ea respicit, quae sunt.*

3.) non adeo quaeri de diuinatione, quatenus idem sit ac coniectatio. Namque facile largimur, fortuito accidere posse, et quidem persaepe, ut anima nostra nonnullas res quaesitas coniectura reperiat atque assequatur, quamuis etiam nonnunquam aberrans deprehendatur.

4.) non quaeri de diuinatione earum, quae casu, uti praedictae, ita eueniunt.

5.) non quaeri de diuinandi facultate Virorum sanctissimorum et θεοπνεύστων; sed hominum huiusmodi instinctu, afflatu, reuelatione, menti sensuumque eleuatione non fruentium. Illa diuinatio *Casp. Peucero* dicitur πνευματικὴ in Comment. de Praec. Gen. Diuin. ed. Viteb. p. 16.

6.) non quaeri de diuinandi facultate hominum, a diabolo obsessorum, inflatorum, ad diuinandum excitatorum, et diabolico furore correptorum. Quorum diuinationem Vir modo dictus nominat διαβολικὴν l. c. p. 16. sqq. sed de diuinatione ea, quae ab innata animae, nihil cum diabolo habentis negotii et communionis, facultate proficiscitur.

7.) non quaeri de diuinandi facultate hominum, praestanti mentis indole, perspicacitate et sensibus acutissimis praeditorum, ex certis signis, indiciis, rerum praesentium conditione, coeli stellarumque positu, diurna et diuturna obseruatione et id genus aliis, quam diuinationem Peucerus uocat φυσικὴν l. c. p. 22. Sed de ea animae hominum diuinatione, quam ipsa a se et per se proferre potest absque ullis indiciis et in rebus futuris obscurissimis, occultissimis, soli DEO non incogni-

cognitis, nec ulli alii
aliqua, quoad posterius
cultas danda est atque a
8.) non quaeri de facultat
acquirenda et aliunde
latente et connata.
9.) non quaeri de futuris
bus et fortuitis.

§.

Obseruandis ita ob
tis, eo facilius nunc tuti
de quaestione subiungere,
bus commoti atque induct
omnino, animam equiden
diciisque, in natura diui
interdum aliunde singula
ad rem praenuntiandam
minatione, eleuatione a
praedicere posse; ea ue
nulla specierum et causa
ne, nullaque ratiocinatio
omnem animae nostrae
DEVS nos praescire nol
connata ac insita plane es
rectissime sensit et scripsit
esset, ut et hoc affirmare
minum experientia, quam

Nemini ita obs
quaquam probare eoru

lli alii reuelatis. Quoad prius enim posterius nulla animae diuinandi fa- atque adscribenda.

facultate animae hoc uel illo modo aliunde inferenda; sed iam in anima ata.

e futuris necessariis; sed contingenti-

§. III.

is ita obseruatis et remouendis remo- unc tutiusque sententiam nostram hac iungere, eamque, grauissimis rationi- ue inducti, tueri poterimus, statuentes equidem nostram ex caussis, signis in- tura diuinitus ordinatis, et accedente singulari prorsus mentis sensuumque tiandam directione, excitatione, illu- uatione ac reuelatione praesentire ac ; ea uero futura, quae nullo modo, et caussarum iusta ac aequa combinatio- iocinatione comprehendi possunt, quae nostrae captum excedunt, quaeque cire noluit, diuinandi ui ac facultate plane esse destitutam. *Si quis* autem, uti t scripsit *P. Petitus l. c.* p. 47. *tam insanus ffirmare uellet, hunc melius omnium bo- la, quam ratio ulla refelleret.*

§. IV.

i ita obscurum esse poterit, nos haud- re eorum sententiam, qui uel cum Colo-